Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



REGVM

stetisse coram eo. ait. Filius benadab tuus rex syrie misit me ad te dicens. Si sanari potero de infirmitate mea hac? Dixitque ei helyseus. Vade dic ei. sanabis. Porro ostendit mihi dominus. quia morte morietur. Stetitque coram eo. Et conturbatus est usque adsuffusionem multis. Flevitque vir dei. Cum azahel ait. Quare dominus meus flet? At ille respondit. Quia scio quantas fraudes filiis israel mala. Civitates eorum munitas igne succendes. Iuvenes eorum interficies gladio. Parvulos eorum elides. Pregnantes diuides. Dixitque azahel. Quid enim est servus tuus canis. ut faciat rem istam magnam? Et ait helyseus. Ostendit mihi dominus te regem syrie fore. Qui cum recessisset ab helyseo venit ad dominum suum. Qui ait ei. Quid tibi dixit helyseus? At ille respondit. Dixit mihi. Recipies sanitatem. Cumque venisset dies altera. tulit stragulum. Et intinxit aque. Et expandit super faciem eius. Quo mortuo regnauit azahel. Per eo. Anno quinto ioram filius achab regis israel. regnauit ioram filius yosaphat rex iuda. Triginta duorum annorum erat cum regnare cepisset. Et octo annis regnauit in iherusalem. Ambulauitque in viis regum israel. sicut ambulauerat domus achab. Filia enim achab erat uxor eius. et fecit malum coram domino. Noluit autem dominus disperdere iudam. Propter suum seruum dauid sicut promisit. ait. dare illi lucernam. Et filiis eius cunctis diebus. In diebus illis recessit edom. ne esset sub iuda. Et constituerunt sibi regem. Venitque ioram seira. Et omnis currus cum eo. Et surrexit nocte. Percussitque edomeos qui eum circumdederant. Et principes curruum. Populus autem fugit in tabernacula sua. Recessit edom ne esset sub iuda. usque ad diem hanc. Tunc recessit. Et lobna in tempore illo. Reliqua autem sermonum ioram. Et omnia que fecit. nonne hec scripta sunt in libro verborum dierum regum iuda? Et dormiuit ioram cum patribus suis. sepultusque est cum eis in ciuitate dauid. Et regnauit ochozias filius eius pro eo. Anno xii. ioram filii achab regis israel. regnauit ochozias yoram filius regis iuda. Triginta duorum annorum erat ochozias cum regnare cepisset. Et uno anno regnauit in iherusalem. et nomen matris eius athalia. filia amri regis israel. Et ambulauit in viis domus achab. Et fecit quod malum est coram domino. sicut domus achab. Genere enim domus achab fuit. Abiit quoque cum yoram filio achab ad pugnandum contra azahel regem syrie in ramoth galaad. et vulnerauerunt syri ioram. Qui reuersus est ut curaretur in iezrahel. ea uulnera quae inferebant eum syri in ramoth pugnantem contra azahel regem syrie. Porro ochozias filius yoram rex iuda. descendit in iuisere ioram achab in iezrahel. quia egrotabat ibi. IX.

Helyseus autem prophetarum uocauit unum de filiis prophetarum. Et ait ei. Accinge lumbos tuos. Et tolle lenticulam olei hanc in manu tua. Et uade in ramoth galaad. Cumque ueneris illuc. videbis iehu filium yosaphat. filii namsi. Et ingressus secretabis eum de medio fratrum suorum. Et introduces in interiorem cubiculum. Et tenens lenticulam olei fundes super caput eius. Et dices. Hec dicit dominus. Unxi te regem super israel. Aperiesque ostium. Et fugies. Et non ibi subsistes. Abiit ergo adolescens puer prophete in ramoth galaad. Et ingressus est illuc. Ecce autem principes exercitus sedebant. Et ait. Verbum mihi ad te o princeps. Dixitque iehu.